

IN ASSUMPTIONE

B. MARIE VIRGINIS.

AD VESPERAS.

Antiphona. Assumpta est Maria,
cum reliquis de Laudibus. 556.
Psalmi de B. Virgine, ut infra. cxvi.

Capitulum. Eccli. 24. b.

In omnibus requiem quæsi, &
in hereditate Domini morabor.
Tunc præcepit, & dixit mihi Crea-
tor omnium: & qui creavit me, re-
quievit in tabernaculo meo.

Hymnus.

Ave maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave,
Gabriëlis ore,
Funda nos in pace
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum
Semper colletemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritus sancto,
Tribus honor unus. Amen.

V. Exaltata est Sancta Dei Génitrix.

R. Super Choros Angelorum ad
cælestia regna.



M. Cruz del.

B. Alvarez 3.º R. M.º a. 1792.

Ad Magnificat, Antiphona.

Virgo prudentissima, quo progré-
deris, quasi aurora valde rutilans?
filia Sion tota formosa & suavis est
pulchra ut luna, electa ut sol.

Oratio.

FAmulorum tuorum, quæsumus
Domine, delictis ignosce; ut
qui tibi placere de actibus nostris
non valemus, Genitricis Filii tui
Domini nostri intercessione salvé-
mur. Qui tecum vivit & regnat.

*Et non fit Commemoratio Sancti
Laurentii in utrisque Vesperis, nec
in Laudibus.*

Ad Matutinum, Invitatorium.

Venite, adoremus Regem regum,
* Cujus hodiè ad æthereum Virgo
mater assumpta est cœlum. *Psal-*
mus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Quem terra, pontus, sidera
Colunt, adorant, prædicant,
Prinam regentem machinam
Clastrum Mariæ bájulat.
Cui luna, sol, & omnia
Deserviunt per témpora,
Perfussa cæli grátia,
Gestant puellæ viscera.

Beata Mater munere,
Cujus supérnus Artifex
Mundum pugillo contémens,
Ventris sub arca clausus est.

Beata cœli nuntio,
Fecunda sancto Spirítu,
Desiderátus géntibus
Cujus per alvum fusus est.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spirítu
In sempiterna sæcula.

Amen.

In primo Nocturno. Antiphona.
Exaltata est Sancta Dei Génitrix
super choros Angelorum ad cœlestia regna.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in univèrsa terra.

Quoniam elevata est magnificentia tua * super cœlos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam vidèbo cœlos tuos, òpera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, glòria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super òpera manuum tuarum.

Omnia subiecasti sub pèdibus ejus, * oves & boves univèrsas: in super & pècora campi.

Vòlucres cœli, & pisces maris, * qui perambulant sèmitas maris.

Domine Dominus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in univèrsa terra!

Antiphona. Exaltata est Sancta Dei Génitrix, super choros Angelorum ad cœlestia regna.

Antiphona. Paradisi portæ per te nobis apèrtæ sunt, quæ hodiè gloriòsa cum Angelis triumphas.

Psalmus 18.

Cœli enarrant glóriam Dei, * & òpera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies dièi eructat verbum, * & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquètx, neque sermões, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiit sonus eorum.

rum: * & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole pòsuit tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad currèndam viam, * à summo cœlo egressio ejus

Et occùrsus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Dòmini immaculata convertens animas: * testimòniùm Dòmini fidèle, sapièntiam præstans parvulis.

Justitiæ Dòmini recta, lætificantes corda: * præceptum Dòmini lucidum, illuminans oculos.

Timor Dòmini sanctus, pèrmanens in sæculum sæculi: * judicium Dòmini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodièndis illis retributio multa. Delicta quis intèlligit? ab occultis meis munda me: * & ab aliènis parce servo tuo.

Si mei non fuèrint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor à delicto máximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspèctu tuo semper.

Domine adjutor meus, * & redemptor meus.

Antiphona. Paradisi portæ per te nobis apèrtæ sunt, quæ hodiè gloriòsa cum Angelis triumphas.

Antiphona. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Psalmus 23.

Domine est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & univèrsi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Dòmini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accipit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Dòmino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob. Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ aternales: * & introibit rex glòria.

Quis est iste rex glòria? * Dòminus fortis & potens: Dòminus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ aternales: * & introibit rex glòria.

Quis est iste rex glòria? * Dòminus virtutum ipse est rex glòria.

Antiphona. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. **V.** Exaltata est Sancta Dei Génitrix. **R.** Super choros Angelorum ad cœlestia regna. Pater noster. **Abolutio.** Exaudi Dòmine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictio benedictio perpètua.

Incipiunt Cantica Canticorum.

Lectio ij.

Cap. 1.

Osculetur me osculo oris sui: quia meliòra sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: idèò adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me: post te currèmus in odorem unguentorum tuorum. Introdùxit me rex in cellaria sua: exultabimus & lætābimur in te, mèmores ubèrum tuorum super vinum: recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

R. Vidi speciòsam sicut columbam, ascendentem desuper rivus aquarum: ejus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus: * Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia coavallium. **V.** Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatis myrrhæ & thuris? Et sicut. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decoloravit me sol: filii matris meæ pugnaverunt contra me, & posuerunt me custòdem in vineis: vineam quem custodivi. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodallium tuorum. Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos juxta tabernacula pastorum. Equitasti meo in cirribus Pharaonis assimilavi te, amica mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cyprèssus in monte Sion: quasi myrrha electa. **V.** Dedi suavitatem odoris. **V.** Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Murénulas aureas facièmus tibi, mermiculatas argento. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus Cyprì dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Læctulus noster floridus: tigna domo-

rum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

R. Quae est ista, quae processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? **V.** Vidērunt eam filiae Sion, & beatam dixerunt, & reginae laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies verna circumdabant eam flores rosarum, & lilla convallium. Vidērunt. Gloria Patri. Vidērunt.

In secundo Nocturno, Antiphona. Spécie tua & pulchritudine tua intendē, prospere procedē, & regna.

Psalmus 44.

Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribae, & vellicitor scribentis.

Speciosus forma praefiliis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, & potentissime,

Spécie tua & pulchritudine tua intendē, prospere procedē, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitta tua acuta, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in saeculum saeculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo letitiae praefans consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & casta a vestimentis tuis, a domibus ebrietas: ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Asstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem

tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiae Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiae regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducunt regi virgines post eam: proxima ejus afferent tibi.

Afferentur in letitia & exultatione: adducuntur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, & in saeculum saeculi.

Antiphona. Spécie tua & pulchritudine tua intendē, prospere procedē, & regna.

Antiphona. Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatae sunt aquae eorum: conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laetificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: adjuvabit eam Deus manū diloctulo.

Conturbatae sunt gentes, & inclinatae sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quae

quae posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburent igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.

Antiphona. Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur.

Antiphona: Sicut letantium omnium nostrum habitatio est in te, Sancta Dei Genitrix.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me.

Ecce alienigenae, & Tyrus, & populus Aethiopiae, hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicit: Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum: horum, qui fuerunt in ea.

Sicut letantium omnium habitatio est in te.

Antiphona. Sicut letantium omnium nostrum habitatio est in te, Sancta Dei Genitrix.

A. Assumpta est Maria in caelum, gaudent Angeli.

B. Laudantes benedicunt Dominum. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas.

J. Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Joannis Damasceni. *Orat. 2. de Dormit. B. Mariae post init.*

Lectio iv.

Hodie sacra & animata arca Dei vivens, quae suum in utero concepit Creatorem, requiescit in

templo Domini, quod nullis est exstructum manibus: & David exultat eius parens, & cum eo choros ducunt Angeli, celebrant Archangeli, Virtutes glorificant, Principatus exultant, Potestates collatantur, gaudent Dominationes, Throni festum diem agunt, laudant Cherubim, gloriam ejus praedicant Seraphim. Hodie Eden, novi Adam paradisum suscepit animatum, in quo soluta est condemnatio, in quo plantatum est lignum vitae, in quo operata fuit nostra nuditas.

R. Ornata monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit. Et videntes eam filiae Sion, beatissimam praedicaverunt, dicentes: Unguentum effusum nomen tuum.

V. Asstitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et. **Benedictio.** Christus perpetuae.

Lectio v.

Hodie Virgo immaculata, quae nullis terrenis inquinata est affectibus, sed caelestibus educata cogitationibus, non in terram reversa est; sed, cum esset animatum caelum, in caelestibus tabernaculis collocatur. Ex qua enim omnibus vera vita manavit, quomodo illa mortem gustaret? Sed cedit legi lata ab eo quem genuit; & ut filia veteris Adam, veterem sententiam sibi: (nam & ejus filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit): ut autem Dei vivens mater, ad illum ipsum dignè assumitur.

R. Beatae me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Heva, quae serpenti suggestio nisi assensum praebuit, partus do-

Lectio vii.

Heva, quae serpenti suggestio nisi assensum praebuit, partus do-

dolore, & mortis sententia damnatur, & in inferorum collocatur penetralibus. Hanc autem verè beatam, quæ Dei verbo aures præstitit, & Spiritus sancti operatione repleta est, atque ad Archangeli spiritalem salutationem, sine voluptate & virili consortio, Dei filium concepit, & sine dolore aliquo peperit, ac totam se Deo consecravit, quoniam modo mors devoraret? quomodo inferi suscipere? quomodo corruptio invaderet corpus illud, in quo vita suscepta est? Huic recta, plana, & facilis ad cælum parata est via. Si enim, Ubi ego sum, illic & minister meus erit, inquit vita & veritas Christus; quomodo non poterit mater cum ipso erit?

R. Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi: **Genuisti**, qui te fecit, & in æternum permanes virgo. **V.** Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. **Genuisti**. Gloria Patri. **Genuisti**.

In tertio Nocturno, Antiphonæ. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

Psalmus 95.

Cantate Dómino canticum novum: * cantate Dómino omnis terra.

Cantate Dómino, & benedicite nómni ejus: * annuntiáte de die in diem salutare ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmonia: * Dóminus autem cælos fecit. Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimónia, & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Dómino patriæ gentium, afferte Dómino glóriam & hono-

rem: * afferte Dómino glóriam nómni ejus.

Tollite hóstias, & introite in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus universa terra: * dicit in Géntibus quia Dóminus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebatur: * judicabit pópulos in aequitate.

Lætentur cæli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvârum à facie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in aequitate, * & pópulos in veritate sua.

Antiphonæ. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

Antiphonæ. Dignare me laudare te, Virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos.

Psalmus 96.

Dominus regnavit, exultet terra: * lætentur insulæ multæ.

Nubes, & caligo in circuitu ejus. * Nubes, & caligo in circuitu ejus. * justitia, & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Dómini: * à facie Dómini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus: * & viderunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, * & qui gloriántur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filie Judæ, * prop-

propter justitia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum: * custodit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætámini justi in Dómino: * & confitémini memóriæ sanctificationis ejus.

Antiphonæ. Dignare me laudare te, Virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos.

Antiphonæ. Post partum virgo inviolata permansisti, Dei Génitrix intercede pro nobis.

Psalmus 97.

Cantate Dómino canticum novum: * quia mirabilia fecit. Salvavit sibi dextera ejus: * & brachium sanctum ejus.

Norum fecit Dóminus salutare suum: * in conspectu Géntium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericórdiæ suæ: * & veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ: * salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Dómino in cithara, in cithara, & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspectu regis Dómini: * moveatur mare, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Dómini: * quóniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * & pópulos in aequitate.

Antiphonæ. Post partum virgo inviolata permansisti, Dei Génitrix in-

tercede pro nobis. **V.** Marla Virgo assumpta est ad æthereum thalamum. **R.** In quo Rex regum stellato sedet sólio. Pater noster. **Ab-solutio.** Avinculis. **V.** Jube domine. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 10. g.

In illo tempore: Intravit Jesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nómne, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi. **Serm. 27. de Verbis Domini, tom. 10.**

Sancium Evangelium cum lægeretur, audivimus, à femina religiosa susceptum esse Dóminum hospitio, eaque Martha vocabatur. Et cum esset ipsa occupata in cura ministrandi, soror ejus Maria sedebat ad pedes Dómini, & audiebat verbum ejus. Laborabat illa, vacabat ista. Illa erogabat, hæc implebatur. Veritatem Martha laborans multum in illa occupatione & negotio ministrandi, interpellavit Dóminum: & de sorore sua conquesta est, quod eam laborantem non adjuvaret.

R. Diffusa est gratia in labiis tuis,

* Propterea benedixit te Deus in æternum. **V.** Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à dómibus eburneis, ex quibus te delectaverunt filie regum in honore tuo. Propterea benedixit te Deus. **Benedictio.** Cujus festum cólimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viij.

Dominus autem pro Marla respondit Martha: & ipse ejus factus est advocatus, qui judex fuerat interpellatus. Martha, inquit, circa multa es occupata, quando unum est necessarium: Maria melliorem partem elegit, que non auferetur ab ea. Audivimus enim &

& interpellationem interpellantis, & sententiam iudicis. Quae sententia interpellanti respondit, suscepit defendit. Erat enim Maria intenta dulcedini verbi Domini. Intenta erat Martha quomodo pasceret Dominum: intenta Maria quomodo pascetur a Domino. A Martha convivium Domino parabatur; in cuius convivio Maria jam iungebatur.

R. Beata es virgo Maria, Dei Genitrix, quae credidisti Domino: perfecta sunt in te quae dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros Angelorum: * Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum. **V.** Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. Intercede pro nobis. Gloria Patri. Intercede pro nobis. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Cum ergo Maria suaviter audiret verbum dulcissimum, & corde intentissimo pascetur, interpellato Domino a sorore sua, quomodo putamus eam timuisse, ne diceret ei Dominus: Surge, & adjuva sororem tuam? Mira enim suavitate tenebatur: quae profecto maior est mentis, quam ventris. Excusata est, sedit securior. Quomodo autem excusata? Attendamus, inspiciamus, perscrutemur quod possumus, ut pascamur & nos. Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per horas, Antiphona.

Assumpta est Maria in caelum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 13. **Antiphona.** Maria Virgo assumpta est ad aethereum thalamum, in quo rex regum stellato sedet solio. **Antiphona.** In odorem unguentorum tuorum currimus: adolecentulae dilexerunt te nimis,

Antiphona. Benedicta filia tua a Domino: quia per te fructum vitae communicavimus. **Antiphona.** Pulchra es, & decora filia Ierusalem, terribilis in castrorum acies ordinata.

Capitulum. *Ecclesi 24. b*

In omnibus requiem quaesivi, & in hereditate Domini morabor. Tunc praecipit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum, Sublimis inter sidera, Qui te creavit, parvulum Lactente nutris ubere. Quod Heva tristis abstulit, Tu reddis almo germine: Intrent ut astra flebiles, Coeli recludis cardines.

Tu regis alti janua, Et aula lucis fulgida: Vitam datam per Virginem Gentes redemptae plaudite. Jesu, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, & almo Spiritu In sempiterna saecula. Amen.

V. Exaltata est Sancta Dei Genitrix. **R.** Super choros Angelorum ad caelestia regna.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quae est ista, quae ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

Oratio.

Famulorum tuorum, quosumus Domine, delictis ignosce; ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Qui tecum vivit & regnat.

Ad Primam, Antiphona.

R. breve. Christe Fili Dei. **V.** Qui natus es de Maria Virgine.

Ad

Ad Tertiam, Antiphona. Maria Virgo. **Capitulum.** In omnibus requiem, ut supra. 556.

R. br. Exaltata est Sancta Dei Genitrix. Exaltata est. **V.** Super choros Angelorum ad caelestia regna. Sancta Dei Genitrix. Gloria Patri. Exaltata. **V.** Assumpta est Maria in caelum, gaudent Angeli. **R.** Laudantes benedicunt Dominum.

Ad Sextam, Antiphona.

In odorem.

Capitulum. *Ecclesi 24. b*

Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Ierusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

R. br. Assumpta est Maria in caelum, Gaudent Angeli. Assumpta est. **V.** Laudantes benedicunt Dominum. Gaudent Angeli. Gloria Patri. Assumpta est. **V.** Maria Virgo assumpta est ad aethereum thalamum. **R.** In quo Rex regum stellato sedet solio.

Ad Nonam, Antiphona.

Pulchra es.

Capitulum. *Ecclesi 24. b*

In plateis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

R. br. Maria Virgo assumpta est ad aethereum thalamum. Maria. **V.** In quo Rex regum stellato sedet solio. Ad aethereum. Gloria Patri. Maria. **V.** Dignare me laudare te, Virgo sacra. **R.** Da mihi virtutem contra hostes tuos.

In ij. Vesperis, Antiphona. Assumpta est Maria, cum reliquis de Laudibus. 556. **Psalmi, Capitulum, & Hymnus** ut supra in primis Vesperis. 549. **V.** Exaltata est Sancta Dei Genitrix.

R. Super choros Angelorum ad caelestia regna.

Ad Magnificat, Antiphona. Hodie Maria Virgo caelos ascendit: gaudeat, quia cum Christo regnat in aeternum: **Oratio.** Famulorum tuorum, ut supra. 556.

Deinde fit Commemoratio de sequenti Festo.

† Notandum quod si Dominica infra Octavam Assumptionis (in qua agitur de Festo S. Joachim) incidit in diem xvij. hujus mensis, tunc in ij. Vesp. Assumptionis fit Commemoratio Festi S. Joachim, & Dominicae occurrentis tantum. In Laudibus Festi S. Joachim fit Comm. Dominicae, Octavae Assumptionis ac S. Laurentii. In ij. autem Vesp. fit Comm. de die Octavae S. Laurentii, cum Ant. & V. ex primis Vesperis Festi, & Oratio Exita Domine, ut infra; deinde Dominicae, postea Octavae Assumpt. Festum vero S. Hyacinthi transfertur in aliam diem.

Si autem in diem xvij. incidit Dominica, tunc Festum S. Joachim transfertur in sequentem Feriam ij. quia agendum erit de die Octavae S. Laurentii, cum Commem. Dom. & Oct. Assumpt. in utrisque Vesp. & Laud.

In ij. Vesp. omnia dicuntur de S. Joachim cum Comm. diei Octavae S. Laurentii, Dom. occurrentis Oct. Assumpt. & S. Agapiti Martyris.

Si vero in diem xx. translato Festo S. Bernardi, agendum erit & Festo S. Joachim, ut ponitur infra.

Si tandem contigerit in diem xxij. Officium tunc fit de die Octavae Assumptionis, cum Comm. Dominicae: Festum vero S. Joachim transfertur in primam diem non impediam.

DO-

DOMINICA

Intra Octavam Assumptionis beate Virginis Mariæ.

In Festo S. Joachim Confessoris Patris B. V. Mariæ. Duplex. Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, *iv*, præter ea quæ hic habentur propria.

In primis Vesperis ad Magnificat, & ad Benedictus tantum.

Antiphona, Laudemus virum gloriosum in generatione sua, quia benedictionem omnium Gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. *v*. Potens in terra erit semen ejus. *R*. Generatio rectorum benedicetur.

Oratio.

DEUS qui præ omnibus Sanctis tuis beatum Joachim Genitricis Filii tui patrem esse voluisti: concede quaesumus; ut cujus festa veneramus, ejus quoque perpetuo patrocinia sentiamus. Per eundem Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio Dominicæ & Octavæ.

In Hymno. Iste Confessor, muratur tertius versus.

In primo Nocturno. Lectiones de libro ecclesiastici. Beatus vir, qui inventus est, de Comuni Confessoris non Pontificis *ij*. loco. *lxij*.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Epiphânii Episcopi. Orat. de Laud. Virg. sub initium.

Lectio *iv*.

DE radice Jesse ortus est rex David, & de tribu regis David sancta Virgo: sancta, inquam, & sanctorum virorum filia: cujus parentes fuerunt Joachim & Anna: qui quidem in vita sua Deo placuerunt, atque etiam fructum ejusmodi germinaverunt, sanctam Virginem Mariam, templum simul, & matrem Dei. Joachim porro, Anna & Maria, hi tres, Trinitati palam sacrificium

laudis offerébant. Joachim enim interpretatur preparatum Domini, eò quod ex illo preparatum sit templum Domini, nempe Virgo. Anna rursus similiter gratia interpretatur: propterea quod Joachim & Anna gratiam acceperunt, ut accedentibus precibus, talem fructum germinarent, sanctam Virginem adepti. Joachim siquidem precabatur in monte, & Anna in horto suo.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. *V*. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Sermo Sancti Joannis Damasceni.

Orat. 1. de Virginis Mariæ Nativitate circa principium.

Lectio *v*.

QUONIAM futurum erat, ut Dei Genitrix & Virgo ex Anna oriéretur, natúra gratiæ foetum antevértere minime ausa est: verum tantisper expectavit, dum gratia fructum suum produxisset. Siquidem oportebat eam primogenitam in lucem edi, quæ rerum omnium conditárum primogenitum, in quo omnia coagmentata sunt, paritúra erat. O par beatum Joachim & Anna! vobis omnis creatúra obstricta est. Per vos enim donum, omnium donorum præstantissimum, Creatori obtulit, nempe castam matrem, quæ sola Creatore digna erat.

R. Amavit eum Dominus, & ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, Et ad portas paradisi coronávit eum. *V*. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornávit eum. Et.

Lectio *vi*.

EXULTA Joachim, quoniam ex filia tua filius natus es nobis, & vocatur nomen ejus magni consilii, hoc est, salutis totius mundi Angelus.

lus. Pudore afficiatur Nestorius, ac manum ori imponat. Puer hic Deus est. Quonam igitur modo ea Dei Genitrix non sit, quæ péperit? Si quis sanctam Dei Genitricem non confitetur, à Deitate remótus est. Mea non est hæc oratio, quamquam alióqui mea: hanc enim divinissimam hereditatem à Theólogo patre Gregório accepi. O beatum par Joachim & Anna! ac profecto ex ventris vestri fructu immaculati agnoscimini, quemadmodum Christus quodam loco dixit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ut Deo gratum erat, ac dignum eá, quæ à vobis orta est, vitæ vestræ rationes instiulistis. Castè enim ac sanctè minere vestro functi, virginitatis thesaurum produxistis.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. *V*. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio *vij*. *Cap. 1.*

Iber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Damasceni. Ex lib. 4. de Fide orthodoxa cap. 15. de Domini genealogia, & sancta Dei Genitricis.

QUOD Joseph ex Davidica tribu originem duxerit, sanctissimi Evangeliste Matthæus & Lucas liquido demonstrant. Verum hoc inter eos discriminis est, quod Matthæus ex Davide per Salomónem Joséphum

deducit, Lucas autem per Nathan. At verò sanctæ Virginis ortum uterque siléntio præterit. Quocirca scire ópera prætium est, nec apud Hebræos, nec apud Scripturam sacram hoc in more positum fuisse, ut mulierum genus recenseretur. Verum hoc demum lege cautum erat, ne tribus illa uxóres ex altera tribu accésseret. Ac proinde Joseph, qui ex tribu Davidica ortum trahébat, justitiamque colébat (hanc enim laudem tribuit divinum Evangelium) sanctam Virginem haudquáquam præter legis præscriptum dependisset, nisi ex eodem sceptro genus duxisset. Ob idque satis hábit Evangelista demonstrasse, unde Joseph ortum tráxit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinæ ejus repléta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populórum. *V*. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse.

Lectio *vijj*.

Igitur ex stirpe Nathan filii David, Levi genuit Melchi, & Panthèrem. Panther autem genuit Barpanthèrem, (namque ita vocabatur) Barpanther rursus genuit Joachim. Joachim dènique genuit sanctam Dei Genitricem. Rursus ex stirpe Salomónis filii David, Marhan ex uxóre sua genuit Jacob: mórtuo autem Mathan, Melchi ex tribu Nathan, filius Levi, ac frater Panthèris, uxórem ipsius Mathan, quæ etiam Jacobi mater erat, matrimonio sibi copulávit, atque ex ea genuit Heli: ita uterini fratres erant Jacob & Heli: ille nimirum ex tribu Salomónis, hic ex tribu Nathan oriundus.